

R. 3. 175 ll.



VOTUM DEVOTUM

Pro fausto Novi Muneris Ingressu ac Progressu

VIRI

Adm. Reverendi, Clarissimi, Excellentissimi

**D^N. BALTHASARIS
FURMANNI**

SS. Th. D. Episcopatus Merseburg. Superatten-
denti, Ecclesiae Cathedr. Pastoris, Consistorijq;
Assessoris &c. dignissimi,

Cum Ipse

Jussu Serenissimi ac Potentiss. Electoris Sax.

à

Reverendo adm. Clarissimo & Excellentissimo

D^N. ERHARTO LAUTERBACH

itidem SS. Th. D. & Praesulatus Naumburgici Superatten-
dente, Ecclesiae Cizensis Pastore primario, Consi-
storijq; Assessore meritissimo,

Solenni ritu in Templo Cathedrali inauguraretur

CONCEPTUM

à M. Antonio Fischern Halâ-Saxone SS. Th. St.

die ac Anno, quo

Nos DANIEL, VeL AMOS Vs Vates pIVs
IVbent rogare fortIVs.

Halâ-Sax. Typis Melchioris Oelschlegelij, Bibliopola.

I. De MERSEBURGENSI ECCLESIA, VOTI PROAUGURIUM.

Qualis Ager Cultore carens, Rectore Carina
Pastore Grex, duce Currus aut vehiculum;
Talis nuper & antè fuit Mersburgica sepè,
Quod ipsa deflevit gemens, Ecclesia:
Cultorem sed Ager nunc, Rectoremq; recepit
Carina, Grex recepit & CVRRVS Ducem.
De CVRRV ergo tuo Dux gaude, de Duce Currus,
Gratus DEO; Sed VOTA misce Seria.

II. IN ET CUM ECCLESIA CONCEPTUM VOTUM.

FURMANNO SUCCEDAT OPUS QVOD
SUSCIPIT OMNE!
Mecum precetur TERRA MERSEBURGICA.
Votis nunc Opus (ecce!) novis calidisq;: Novus nam
Auriga Currui Sacro præponitur.
Res magna & gravis est, res magni plena pericli
Per Tesqua Currum an fractuosa ducere;
Major at ac gravior res est, majusq; periculum
Conjunctum habet Currum per Hostes ducere:
At Nostro Huic Magnus Cœliq; Soliq; Monarcha
Currû suô ducenda sic tot millia
Nunc Animarum (en!) concredit malè-tuta maligni
Per Tesqua Mundi hujus, viâ angustissimâ
Non modò, sed Saxis variorum Offendiculorum
Plenisimâ, Hostibusq; multis obsitâ;
Omnigenisq; aliis damnis remorisq; referta
Facientibus viam in viam ac incommodam.
Sat grave onus capit ergò Novus Furmannus, JOVÆ
Currum regendum & sic vebendum dum capit.
Undè

Undè Opus est Ipsi auxilio certè; sed id unde
 Nisi à DEO, qui est Auctor Omnis Auxilii?
 Compellate proindè DEUM causâ Ejus, & Ejus
 Votis, qui adestis, Vota Vestra jungite:
 Compellate DEUM Magni Parviq; Tenentes
 Clavum atq; Fasces Merseburgicæ Rei;
 Et Vos, qui sacrâ JOVÆ servitis in Æde,
 Devota Votis Vota nostris jungite;
 Dicite: Cedat Opus Nostro feliciter Omne
 Furmanno! Ei DEUS Suâ adsit Gratiâ!
 Addite vestra Senes, Juvenes vestra addite Vota,
 Vota addite & Vos Virgines ac Fæminæ;
 Tota adeò sese Urbs nobiscum in Vota resolvat,
 In Vota Nubes & Polum penetrantia,
 Omnes, quotquot Eum sincero Cordis amore
 Amatis, & quotquot Salutem propriam;
 Præsertim Vos Presbyteri, Murum inter & extra,
 Socij laborum, sitis & socij Precum.
 Vos decies septem Palmæ, quas Pondere JOVA
 Vario premens frondes magis vult tollere;
 Surfum agite & pia Corda, manusq; orare periculo
 Durante doctas altiùs jam tollite.
 Quotquot Evangelio sine fraude taveris, & Isti
 VIRO favete ac promo vete OPUS Illius.
 Vestra Salus Cunctorum agitur, quæ pendet ab Uno
 VIRO HOC secundû JOVAM, & Ejus Munere.
 Opponet se, nil intentatumq; relinquet
 Hostis DEI ac Nostrum Potens & Callidus;



*Damna dare ac remoras Illi objectare, modisq;
Variis retardare HOC OPUS conabitur:*

Sed Vos Unanimes, junctis **Votumq;** **Precumq;**
Armis, *Ei usq;* fortiter resistite;

Verbi etiam Gladium, quem **DUX HIC atq;** *Σύγγερον*
Ejus dabunt, acuentq; **Vobis,** stringite;

Sic fundendo Preces, atq; **usurpando decenter**
Verbum, ut **flagello Satanam repellite:**

CHRISTUS Supremus. DUX Sacri AURIGAEq; CUR-
Aderit suo Vobis vocatus Flamine, (**RUS,**

Ipsum & namq; **Potest,** sic diriget atq; propellet,
Velociter quò CURRAT & feliciter,

Perq; **salebrosa hæc malè-tutaq;** **Tesqua maligni**
Mundi, viâ **angustâ licet,** **Vos provebet,**

Inviçtoq; **animos nunquam-non robore vestros**
Firmabit, ac in Pace vos tuebitur;

Tandem HIC SECURUS SIC CURRUS CURRE-
RE METAM

VALET AD SUAM, vos trãsferens in **Patriã.**

O Pie CHRISTE, **Tibi sit Laus & Gloria,** quod **das**
Servasq; idoneos **DUCES Ecclesiæ:**

Mitte Illis etiam Auxilium, **Præsensq;** **retunde**
Violentiamq; & **Fraudulentiam Hostium;**


Ne Species moveat nos ulla bonive malive,

Sed quisq; **CURRU in hoc TUO sic hæreat,**

E Lubricâ angustaq; **viâ hæc ut letus ad illa**
Angusta Cœli provebatur Gaudia.

A M E N.





35 #

VOTUM DEVOTUM

Pro fausto Novi Muneris Ingressu ac Progressu

VIRI

Adm. Reverendi, Clarissimi, Excellentissimi

D^N. BALTHASARIS
FURMANNI

SS. Th. D. Episcopatus Merseburg. Superatten-
dentis, Ecclesiae Cathedr. Pastoris, Consistorijq;
Assessoris &c. dignissimi,

Cum Ipse

Jussu Serenissimi ac Potentiss. Electoris Sax.

